

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Consideracio sui c
cum fonte primo

Magis cogitare debetis quid uobis desit
quam quid uobis assit.
Quod habes, caue ne perdas.
Quod nondum habes, supplica ut habeas.
In quantis sis minor est considerandum,
non in quantis sis maior.
Si enim cogitas quantum precessisti alterum,
time tumorem.
Si uero cogitas quantum tibi deest,
ingemiscis; et cum ingemiscis, curaris;
humilis si eris, tutior ambulabis,
non precipitaberis, non flaberis.

Augustinus super Mattheum sermone LIII.

Magis enim cogitare debetis quid uobis desit,
quam quid uobis adsit.
Quod habes, cave ne perdas:
quod nondum habes, supplica ut habeas.
In quantis sis minor, tibi cogitandum est;
non in quantis sis major.
Si enim cogitas quantum praecessisti alterum,
time tumorem.
Si vero cogitas quantum tibi adhuc deest,
ingemiscis; et cum ingemiscis, curaris,
humilis eris, tutior ambulabis,
non praecipitaberis, non inflaberis.

Augustinus Hipponensis, *Sermones*, 354.5 (PL
39, col.1565).